



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum pœnitentia sit virtus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

et sacramentum. Secundō eius doctrinam, propter enim ipsius utilitatem tam Christusq̄ Iohannes Baptista predicatorum à penitentia incepit. Tertio eius actum. Dicitur enim penitentia à penitente vel a puniendo, quia eius actus interior timore concipitur: quibus praemissis diffinit potestitiam secundum Ambro. dicente, q̄ penitentia est præterita mala plangere & plangenda iterum non committere, & similem diffinitionem ponit Grego. Postea dicit q̄ ex hac diffinitione quidam morti fuerunt ad dicendum q̄ non est vera penitentia qui peccato sequenti maculatur, quia verē penitentem dicunt ultra damnationem non pescare, quod etiā auctoritate Isido. confirmat dicētis tamen em penitentia irroriam. Secundō auctoritate Aug. qui dicit eam esse inanem. Tertio auctoritate Grego, qui dicit eam esse meritoriam gratiosam penitentiam. Quarto auctoritate Ambro. dicente veram penitentiam non esse iterandam multas etiam auctoritates in littera ad hoc ponuntur. Postea determinat veritatē, & excludit dictum errorem dicens, q̄ cessatio à peccatis præteritis & dolor de eis cū proposito cauendi futura ad veram penitentiam sufficit. Et ex hoc soluit diffinitione penitentia supra dictam in qua dicitur, quod ad verā penitentiam pertinet plangenda itē quoniam non committere. Sufficit enim ad verā penitentiam q̄ plangenda iterum non committat, id est q̄ habeat propostum non committendi, & per hoc etiā soluit auctoritatem Isidori. Ille enim irrutor est, qui sine proposito non committendi penitentia. Postea soluit auctoritatem Aug. qui dicit, manis est penitentia quā sequens culpa coquinatur: dicitur enim manis: quia fructu penitentiae caret que est via regnum & adeptio glorie: caret autē fructu penitentiae, quia per sequens peccatum illa penitentia, & etiā alia acta bona mortificantur, ut s. non fortiantur mercedem quā meruerunt cum ferent. Sed si de peccato succidente agatur penitentia, bona: quia precesserunt reuiscunt, dum taxacilla que ex charitate prodierant, quae ante via non fuerunt reuiscere non possunt, quae autem fuerunt via reuiscere possunt, quod etiam dicit Aug. q̄ nihil profluant lamenta si replicaverit peccata, sic intelligendum est, quia peccata remissa redeunt, vt quidam dicunt: Et sic nihil relinquitur de venia, vel si non redeunt peccata, saltem propter ingratiitudinem, ita reus & immundus constitutur ac si dimisla peccata redirent. addit etiā duo ab Augustino, quē videtur facere ad confirmationem dicit erroris, vnuum est quia Aug. dicit, q̄ penitentia semper debet ponam tenera, ita tamē quod de dolore gaudeat. Aliud est quod Aug. dicit, q̄ nihil de venia relinquitur quando homo post penitentiam in peccatum relabitur. Soluit autem ad ista duo dicens: q̄ primum intelligitur de penitentia perfectorum, id est qui penitentia vixit ad finem vita continuant. Secundum vero intelligitur quācum ad redditum peccatorum vel simpliciter vel quantum ad ingratitudinem, ut iam dictum est. Postea solvit auctoritatem Amb. cum enim dicit penitentia non esse iterandam, intelligendum est de penitentia solenni: quia pro graibus culpis infurit, quae non iteratur ne vili res putetur. Quid autoritatibus confirmat. Vitefuis, quia quidam dixerunt q̄ non debent penitentia iterari, quia facilitas venia est in centrum ad peccata, probat per plures auctoritates q̄ penitentia semper iterari potest, quod etiam confirmat exemplo David qui veniam imperialis de comitiorum adulteri & nomiciori, & postea de numero ratione populi. Ex quibus patet sic veram penitentiam satis agi posse. Et quia prædicti qui sic errauerunt circa penitentiam innitebantur quibusdam verbis Apostoli in epist. ad Heb. ideo dicit Magister quod Apost. non negat ibi secundam penitentiam, sed secundum baptismum, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum penitentia sit virtus,

Thom. 1. q. 85. art. 1.

Circa distinctionem istam queritur primo de penitentia, vt etiā virtus vel actus virtutis, & secundo de penitentia non potest est virtus vel actus virtutis, sed potest est sacramentum. Circa primum queruntur duo. Primum est utrum penitentia sit virtus. Secundū est utrum

Sancto Porciano

sit virtus specialis an generalis. Ad primā sic proceditur. Et arguitur quod p̄nitenzia non sit virtus, quia virtus est dispositio perfecta ad optimum, vt dicitur. 7 Ethī. sed penitentia nō est dispositio perfecta ad optimum, sed imperfecta sicut & vescindit, ergo penitentia non est virtus.

Item nullus eorum qui agit secundum virtutem dicunt ita sicut, vt habetur. 4 Ethī. sed penitentie de præcepto videtur esse virtutem, quare præceptum non potest esse non factum, ergo penitentie non est actus virtutis, quare nec penitentia est virtus.

Item virtus est de bono, penitentie est de malo, ergo penitentia non est virtus.

IN CONTRARIUM arguitur, quia præcepta legis sunt de actibus virtutum, unde & legislator intendit ducere hominem ad virtutem (vt habetur. 2 Ethī.) sed præceptū legis est de actibus penitentia (Mat. 3, penitentiam agite, &c.) ergo penitentia est virtus.

RESPONSO. Penitentia accipitur duplicitate. Vno modo pro actu exteriori, qui est inter penitentem & absoluente. Et hæc penitentia est sacramentum, & debet potius dicti sacramentum confessionis q̄ penitentia, vt postea patet. Alio modo pro actu vel habitu interior quo peccatum committit dispicit, quia est contra rationem & iuriam dei, quia est contra præceptum diuinum, & de hæc penitentia querit quaestio. Contra quod notandum, q̄ si virtus sit habitus, vt habetur. 2 Ethī. & habitus cognoscatur per actum, q̄ penitentia sit virtus oportet inquire ex actu eius, qui est penitentie an sit actus virtuosus. Et circa hoc dicenda sunt duo. Primum est, q̄ penitentie est actus virtuosus. Secundū est, q̄ virtus illa non est purē moralis, nec purē theologica.

Quantum ad primum secundum est, q̄ actus virtuosus quando sumitur strictè, scilicet pro solo actu elicito à penitentia perfecta per habitum virtuosum, & sic non oportet q̄ penitentie sit semper actus virtuosus. Quodoḡ vero sumitur largè pro omni actu regulato recta ratione qui vel est elicitus à virtute, vel quantum est de se generatus virtus est. Et isto modo penitentia semper est actus virtutis. Primum patet, quia habitus nunquid requirit ad elicendū actum quācum ad essentiam actus, sed solum ad ponendum modum. Quod patet ex diffinitione penitentie & habitus, quia potentia est quia possumus, habitus quo bene vel male possumus, vt dicitur. 2 Ethī. &c. Metap. dicitur quod habitus est, quia quis bene vel male disponit. Patet etiam per exemplum ad concupiscentiam enim non requiritur habitus, sed ad sic concupiscentem, faciat temperate requiritur habitus temperantiae. Sed penitentie de peccato dicit actum solum quo ad substantiam actus & non quo ad modum per quem nos habemus sic vel aliter in dolendo, ergo nō requirit aliquem habitum a quo elicatur.

Secundo patet, quia omnis actus ab electione procedens cädens super debitā materiam cū debitis circumstantiis potest esse virtuosus, sed penitentie de peccato commissio potest esse ex electione procedens & cadit etiam super debitam materiam: quia sicut bonus debet placere ita malum debet displace, potest etiam informari debitis circumstantiis, & prout loquimur de ipso debite informatur, quia defensari peccati, vt cōsumum in irreverentia dei, cum proposito latifaciendi & sub spe venie, ergo talis actus potest esse actus virtutis. Veruntamen non potest esse primus & principalis actus aliquius virtutis: quia primus & principalis actus aliquius virtutis, nunquid præexistit actum vitiis in operate virtutis. Actus enim principalis temperantiae non requirit, q̄ homo prius intemperante egir, nec actus principialis libet latiri, requirit, quod aliquis prius auarus fuerit, & sic est de singulis. Alioquin nullus posset fieri virtuosus, nisi prius fuisse vitiatus & non est necessarium, sed penitentie necessario præsupponit actum vitiis præcessisse in penitentem. Est enim de malo commissio, ergo penitentie non potest esse primus & principalis actus aliquius virtutis. Et confirmatur, quia actus primus & principialis cuiuslibet virtutis est secundum electionem boni vt fiat. Secundus vero differens a primo est, vel ratione est fuga mali ne malum fiat. Tertius autem est si contingat malum fieri quod illud displaceat, vt pa-

Lib. IIII. Distinctio. XLI.

ter in omnibus virtutibus. Et sic penitentia de malo quod iam contingit non est primus & principalis actus virtutis, sed secundarius vel tertius & de obiecto contingente per accidens ipsi virtuoso, conringit enim virtuosum peccare, sed non inquantu[m] est virtuosus, per habitu[m] ratiem virtutis determinatum si contingit. Et sic patet primum principale.

8. Quantum ad secundum patet, quod penitentia non est actus solus virtutis theologicae, quia virtus theologiae habet Deum pro obiecto non actu[m] humanu[m] bonum vel malum, sed penitentia habet pro obiecto actu[m] humanum, scilicet peccatum pro hominem commissum, ergo penitentia non est actus solus virtutis theologicae. Item non potest esse actus solus virtutis moralis, quia virtus moralis non habet pro fine proximo, nec pro circumstantia informante aliquid quod excedit dictamen rationis naturalis, sed penitentia prout de ipso loquitur habet pro fine, & pro circumstantia informante aliquid quod excedit dictamen rationis naturalis, ergo penitentia non est actus solus virtutis moralis. Minor declaratur, quia nisi proximus actus penitendi est, ut homo reconciliatur Deo quem offendit per peccatum factum faciendo per penitentiam. Itud autem non cadit sub dictamen rationis naturalis, quare &c.

Oportet ergo quod actus penitendi sit non solum à virtute morali, sed à theologia una vel pluribus qualiter: cum hoc sit.

9. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod sicut in actu malo est inuenire plures determinantes quarum una non est per se determinativa alterius; sic in vno & eodem actu bono est inuenire plures bonas circumstantias seu plures bonitates quarum una non est per se determinativa alterius. Verbi gratia, can in malis actibus quia bonis: in malis quidem, quia in adulterio commiso intra ecclesias sunt duae deformitates, scilicet adulterii & sacrilegi in violatione sacri loci, & vna illarum non est per se determinativa alterius, quia violatio sacri loci potest est sine adulterio, & adulterium potest est sine violatione sacri loci si fiat extra locum sacram. Unde propter duas deformitates sunt duo peccata in adulterio commiso intra ecclesias & non solius unum maius peccatum. Similiter in bonis cum aliquis ieiunari ex voto, & placet ei ieiunium propter bonum temperantiae: & nihilominus placet ei ieiunare, qui vult, in tali ieiunio sunt duae bonitates. Vna per tenus ad virtutem temperantiae. Et alia pertinet ad virtutem latritiae, & vna non est per se determinativa alterius, quia aliquis potest ieiunare ex voto, & non propter bonum temperantiae, & alius ex bono temperantiae, & non ex voto.

10. Et similiter est in actu penitendi, cum enim displicet aliqui adulterii ab ipso commissum, quia est turpe & contra temperantiam. Et quia est contra preceptum diuinum cui obediemus. Et quia penitentia speramus reconciliari Deo satisfaciendo de culpa in offendam eius commissa, in hoc actu sunt multe bonitates, quarum prima pertinet ad virtutem temperantiae cuius est detegari actum inordinatum circa concupiscentia carnis. Secunda autem bonitas pertinet ad virtutem iustitiae cuius est detegari illud quod fit in alterius iniuria: quod tamen adulterium fit at Deo prohibiti & in iniuriam Dei commissum nulla virtus moralis habet ex se, nec ex dictamine prudenter moralis, sed ex fide. Tertia autem bonitas, si p[ro]p[ri]ationis pertinet clare ad spiritum quem est virtus theologiae. Et istarum bonitatibus una non est determinativa alterius, immo vna potest esse fine altera. Prima quidem sine aliis sequentibus. Genitus quidem virtuosus virtute morali determinatur adulterium, quia est turpe & contra temperantiam, & non quia est contra preceptum dei de quo nihil nouit, nec per consequens intendit reconciliari deo. Similiter aliquis penitet de adulterio, quia est contra preceptum dei & in eius offendam, cui tamen non displicet, quia est contra temperantiam, sicut fidelis, qui non habet virtutem temperantiae, nec penitet: quandoque sub sp[iritu]e venie, quia desperat ex timore peccati, sicut Cain & Iudas penituerunt & semper venientib[us] abiicerunt. Et sic patet quod in actu penitenti di sunt multe bonitates, quarum una non est per se determinativa alterius. Et perit ad diversas virtutes per modum imperantis, seu inclinantis, seu per modum elicitentis. Vnde autem propter pluralitatem talium bonitatium pos-

Quæstio II.

328
nitenia debet dici una virtus an plures, pertinet ad item quæstionem.

11. Ad primū arg. dicendum quod licet penitentia possit esse ab agente non perfecto quantum est ex genere actus, potest tamen esse actus perfectus, quia nichil prohibet post peccatum praeteritum successisse perfectionem, & etiam processuisse, & etiam remansisse. Quia virtus moralis uno actu non corruptitur. Nec est simile de verecundia quae est timor de turpi, timor autem furoris est quod non timeretur, nisi quia haberet propinquā dispositionē in causa sua. Et ideo verecundia ponit imperfectionē in eo qui verecundatur, scilicet primitate ad commitendū aliquid culpe, vel turpe propter verecundia loquuntur Philos. non autem penitentia, licet supponat imprefectionem processuisse.

12. Ad secundū dicendum est, quod dolere de eo quod prius factum est per intentionē conandi ad hoc quod prius factum non fuerit est stultum: hoc autem non intendit penitentia, sed solum dolere de præterito, cum intentione non committendi simile, & expandi reatum penitentia ex peccato commisso incurrit, & hoc non est stultum.

13. Ad tertium dicendum, quod virtus dicitur esse de bono quoad actus, quia actus virtutis semper est bonus, & quia non est solum bonus, apparet bonus, sed etiā detegari malum: ideo obiectum virtutis non solum est bonus, sed & malum, sicut patet de fortitudine quae habet pro obiecto malum penitentia, sicut penitentia malum culpe.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum penitentia sit virtus generalis.

Thom. 3. q. 8. ar. 2. 3. c. 6.

A d secundum sic proceditur, & arguitur quod penitentia sit virtus generalis, quia remedium quod est contra omnem morbum, est generale & non speciale: sed penitentia est remedium contra omnem morbum peccati, ergo cum sit virtus (vt in precedente quæstione dictum est), non est virtus specialis remediatrix, sed generalis.

14. Itē, virtus & virtus opponuntur, sed penitentia opponitur omni virtu[te]. quia per penitentia displaceat quicquid per virtutem placuit, ergo penitentia est omnis virtus.

15. IN CONTRARIUM est, quia illud quod perfit libe. ar. ad actum bonū & determinatum est determinata virtus, sed penitentia perficit libe. ar. ad actum bonū & determinatum, qui est penitentia de peccato commisso, ergo est determinata virtus.

16. RESPONSO. Aduertendum est quod si actus penitentiae esset solum disperita de peccato commiso quatenus esset contra rectam rationem, penitentia non pertinet ad aliquam speciem virtutem: quia per eundem habitu[m] placet vnicuique illud quod est conueniens, & displaceat illud est disconveniens. Et ideo cum omnis virtus sit concors recte rationi, per eam placet virtus quicquid est cōcōr[dit] rationi, & displaceat quicquid discordat a recta ratione. Propter quod secundum vnamquam, virtutem displaceat peccatum, quod est illi virtuti contrarium, nec quantum ad hoc oportet ponere vnam specialem virtutem per quam displaceat omne peccatum, seu per quam peniteat homo de omni peccato: quia vnaqua[m] virtus sufficit ad hoc ut peccatum contra eam commisso displaceat, sed quia potest intentia de qua loquuntur Theologi & sacra scriptura plus importat, videlicet disperitiam de peccato quatenus est contra diuinum preceptum, & in eius iniuriam, cum propposito satisfaciēti, & sub spe venie, quorum neutrum pertinet ad aliquam vnam virtutem purē moralem: ideo dubium est utrum oporteat ponere aliquam vnam partim virtutem moralē, partim vero quasi theologicam, sicut ponitur de latria.

17. Et videtur quibusdam probabilitate quod sic, ita, scilicet sicut latria est virtus moralis pertinens ad iustitiam, cuius determinatus procedunt ab imperio virtutis theologicae, & sic non est purē moralis: sed penitentia est virtus specialis pertinens ad iustitiam, cuius tamen actus procedunt ab imperio virtutum theologicarum, & sic non est purē & simpliciter moralis. Quod probatur sic: quia omnis virtus moralis quae ordinat hominem ad alterum in ratione

In 3. d. s. quest. 6.